

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

**Johannis Segeri Weidenfeld De Secretis Adeptorum Sive
Usu Spiritus Vini Lulliani Libri IV**

Weidenfeld, Johann S.

Londini, 1684

135. Spiritus Mercurii universale suphure Solis & Lunae acuatus Basillii

[urn:nbn:de:bsz:31-96282](#)

duplum spiritus Mercurii ex spiritu albo Vitrioli, confeeti; similiter accipe sal Lunæ extractum & clarificatum, quod commisce cum triplo spiritus Mercurii, luta ambo vitra, & in Balneo leniter digere per octo dies & noctes; cave ne aliquid pereat de sulphure & sale, sed maneant in eadem quantitate, qua separata fuerint ex Argento. Finita putrefactione ambas dissolutiones misce & destilla, &c.

Aliquando hunc spiritum acuit absque sale metallico & sulphuribus tantum ita;

135. Spiritus Mercurii universalis
sulphure Solis & Lunæ acua-
tus Basiliī,

Libro Particul. in Particul. Lunæ.

R. Sulphuris Lunæ partem unam, sulphuris Solis partem semis, spiritus Mercurii partes sex, conjunge hæc in vicem, luta bene, digere in calore leni, & evadet liquor rubi- cundi coloris, destilla per Alembicum ut nihil remaneat.

Non solum fermentavit hunc spiritum Mercurii sulphuribus corporum perfectorum, sed his superaddidit aliquando sulphur aliquus metalli imperfecti, utpote Martis. Ita

136. Spiritus Mercurii universalis
sulphure Solis & Martis acua-
tus Basiliī,

Libro Partic. in Partic. Solis.

R. Sulphuris Solis & sulphuris Martis ana partes æquales, spiritus Mercurii ad duorum digitorum supereminētiā, ut materia bene dissolvatur in aquā auream rubini coloris, mixta destilla per Alembicum, ut fiat unum quid, quem-

ad-